



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

Engelhard, Johann Martin

Moguntiae, 1700

Titulus XXVI. De Officio Sacristæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63255)

tur primicerius, ut archipresbytero subsit, clericos modum psallendi doceat, ad disciplinam in choro attendat, ne garriant, qui psallere debebant; lectoribus lectiones assignet, & omnem curam impendat, ut cum debito honore & reverentiâ officium divinum peragatur. alius tenebitur de negligentiâ in officio suo admissâ, & rationem reddet altissimo.

TITULUS XXVI.

De

Officio Sacristæ.

QUÆRES. Quis sit Sacrista, & quodnam ejus officium? Resp. Sacrista a Custodiâ sacrarum rerum dicitur, ut idem ac sacristans, sive res sacras custodiens. *cap. un. b. t. can. perlectis. dist. 25.* Ejus officium est, vasa sacra, vestimenta sacerdotalia, & paramenta, totumque thesaurum ecclesiasticum diligentissimè custodire, & curam luminarium habere ne quid eorum per incuriam pereat, quod honori divino impendi debuisset; ideoque sacristanus & in quibusdam ecclesiis thesaurarius dicitur.

TITVLVS XXVII.

De

Officio Custodis.

QUÆRES. Quis sit Custos & quodnam ejus officium? Resp. Custos est Minister sacristani cui quidem res Ecclesiæ committuntur
custo.